

picione non caret apud me. Ego ita conveneram cum tua E(xcellentia), ut non nisi vocatus venires, quam vocationem<sup>b)</sup> in Veneris diem constitui. Hodie veniens cognovi te præcessisse constitutionem<sup>e)</sup> meam, cum meo dolore quidem. At quid facturus sum? Iacta est alea. Vidisti et non satis vidisti, æmulis<sup>f)</sup> meis facientibus, qui vel hanc gloriolam cupiunt: in alienam messem falcem immittere<sup>g)</sup>. Utinam saltem hoc cogitassem et ego descensum tuum cohibuissem apud officiales nostros! Sed factum est. Postea de his latius<sup>b)</sup>. Nec hodie vocare volui. Tu itaque mecum eris dominica die futura<sup>h)</sup> in cena, qua te, quem summe colo, excipiam amice, quod alias propter curas non licebat. Interim te accinge, ut denuo feria secunda huc mecum venias, et non abi<sup>h)</sup>; nam laborabunt tunc in omnibus cavernis<sup>i)</sup> et videbis, quod voluisti. Si me amas, facies, per Helvetiorum<sup>b)</sup> rogatus nomen<sup>k)</sup>. Vale. Raptissime. Ex salinis Veliciensibus, 10 Februarii 1519.

Omni desiderio dominus meus te hic expectavit, ut et ille animum<sup>l)</sup> suum in te declarasset, cui domi propter multas curas distento non datur opportunitas<sup>m)</sup>. Sed nescio, quis deorum seu potius<sup>b)</sup> diabolorum hanc nobis abstulit dulcedinem. Sed in Aristotelicis<sup>n)</sup> deliciis interim vale.

*Iodocus* tuus.

Domino doctori Vadiano.

a) „accerbitatem“. — b) „c“ für „t“. — c) „omnen“. — d) „Rudolfus“. — e) „-cionem“. — f) „emulis“. — g) „immittere“. — h) „abie“. — i) „cavernis“. — k) „non“ mit übergeschriebenem Abkürzungsstrich. — l) „annimum“. — m) „oportunitas“. — n) „Aristotelicis“.

1) Vrgl. I, Brief 13, II, Brief 210. — Dass Vadian im Winter 1518/19 eine Reise über Leipzig, Posen (? II, 221) und Krakau nach Wien gemacht hat und in dieser Stadt etwa von Ende Februar bis Mitte April geblieben ist, geht aus folgenden Stellen seiner Briefe deutlich hervor: Brief 134 und 135 von 1518, Sept. 24. und 26. (II, 201 ff.); Brief 136, Oct. 26. (II, 206 f.); Brief 140 von 1519, Januar 29. (II, 211); Brief 142 und 143, Febr. 25. und März 6 (II, 220 ff.); Brief 147, April 9. (II, 225) und Brief 149, Mai 17. (II, 227). Auf dieser Reise hat er also auch die berühmten Salzbergwerke von Wieliczka besucht, wo sich Iodocus Decius damals aufhielt, und ist in Krakau eine Zeit lang krank gelegen (II, 222). — 2) Agricola. — 3) 13. Februar.

XI 169.

45.

Andreas Eck<sup>1)</sup> an Vadian.

(St. Gallen. 1519.) März 6.

Erwartung der unmittelbar bevorstehenden Rückkehr Vadians nach St. Gallen.

Salvum te, excellentissime domine doctor, cum fidissimo tuo itinere portatore, tuo Mucio, exopto. Id et pii parentes tui petunt; nam genitrix, ut semper de salute tua plus quam Martha expetit, et idem ger-

mana tua Othilia; nam nuptiæ future, ut scit, suæ in te unico dependent. Non te clam volo, magistrum Melchiorum in profesto divi Iohannis Evangelistæ ad nos rediisse salvum. Plebanus, sacerdotes omnes cum amicis tuis bonis identidem doctorem, cuius tempora divina barba nigra vestit, exoptant. Certat et mecum pignore Bacchico fidus tuus plebanus, te videlicet dominica Lætare<sup>2)</sup> apud nos esse. Deum precor, munus ille, non ego, accipiat. Non te præterit, excellentissime vir, quemadmodum M. Guolfgangus<sup>3)</sup> mihi aureum Rhenensem plus minus 7 cruciatos<sup>a)</sup> sit pro lectisterniis, puero suo a me emptis. Fac, precor, tibi det. Koblerio tu domino<sup>b)</sup> accommodato<sup>c)</sup>; namque<sup>d)</sup> ab eo accepi. Non sum nescius, quod pro xenio pollicitus es Lactancii Institutiones<sup>e)</sup> divi, littera Aldina impressas. Fac, ut vir es, pollicitis satis fiat; obnixè precor. Novi certi apud nos nihil est te dignum. Vale itaque. Fac me, E. D. doctor, Collimicio commendes<sup>f)</sup>. Datum pridie Nonas Marcii.

*Andres Eggius*, tuum suppedaneum.

Salutat te ancilla nostra, Barbara iunior, cum hoc: si subligaculum comparaveris pellitum, cito revendas hortatur; nam amplius opus minus esse gaudet; nam lanugo, credo, cum tempore hoc fervo repullulascit. Xeniolum expectat.

Expectat pro xenio genitrix crocum. Fac tecum asportes.

Excellentissimo D. doctori magnique iudicii viro D. Ioachimovadiano, Helvetio, domino suo colendo.

a) „cruce“. — b) „do“. — c) „accomodato“. — d) „nanque“. — e) „-ciones“. — f) „comendes“.

1) Vrgl. II, Brief 153. — Die Erwähnung der bevorstehenden Heirat der Schwester Ottilia (vrgl. II, Brief 163) lässt annehmen, dass es sich hier um die Rückkehr von dem Wiener Aufenthalt Vadians im Frühjahr 1519 handle. Dazu stimmt auch die Erwähnung der Rückkehr Melchiors von Watt nach St. Gallen, der am gleichen Datum des 6. März 1519 noch einen Brief von St. Gallen aus an Vadian nach Wien abgehen liess; vrgl. II, Brief 143. — 2) 14. März. — 3) Heiligmaier.

46.

Johannes Doring<sup>1)</sup> an Vadian.

XI 179.

Herisau. (1519?) Juli 5.

Entschuldigung, dass er an Vadian zu schreiben wage. Schenkt ihm die Briefe des Erasmus von Rotterdam.

Ioannes Doringus Vadiano suo

S. D.

Næ ego vehementer impudens, magne Vadiane, nostri sæculi Maro, qui doctum ipse indoctus meis ineruditis litteris onero et peronero

Lt